

cohabitatoris Domini; qui cum eis habitant vel de eorum stipendiis victitant, simul operantes vel consentientes.

15. c. id. (cod. Ambr.) Item capitulum ex epistola Symmachi papae ad Caesarium de sacris virginibus vel viduis Deo devotis<sup>1</sup> utilius isto. Item de raptoribus si ad ecclesiam confugerint, ex conc. Aurelianense.<sup>2</sup>

### Canones concilii Sardicensis.

1. c. 3. Rubr. (cod. Ambr.) Ut illud: Caesarem appellasti, ad Caesarem ibis.<sup>3</sup>

2. c. 8. Rubr. (cod. Ambr.) Ad comitatum ire prohibetur [I.] propter ambitionem terreni appetitus, II. et propter invidiam coepiscopalis fraternitatis et scandalum.<sup>4</sup>

3. c. id. verb. *ad comitatum*. (cod. Ambr.) Ad publicum, sive palatium sive ad regem sive ad praesides.<sup>5</sup>

4. c. id. verb. *intercessionem*. (cod. Ambr.) Hic decernitur nullum episcoporum eundum ad palatium regis nisi pro intercessione afflictorum, et hoc cum consensu.<sup>6</sup>

5. c. id. i. f. (cod. Ambr.) Hic ostenditur, quod inreligiosi episcopi, id est, quorum religio testimonio fideli non comprobatur, sive sine metu metropolitae sui vel consensu coepiscoporum litteris vocatoriis imperialibus parere non debere (sic), quod per ambitionem secularis appetitus.<sup>7</sup>

<sup>1</sup> S. vor. Note.

<sup>2</sup> c. 2 conc. Aurel. I. a. 511. *De raptoribus autem id custodiendum esse censuimus, ut, si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit et feminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris et raptor mortis vel poenarum impunitate concessa aut serviendi conditioni subjectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si vero, quae rapitur, patrem habere constiterit et puella raptori aut rapienda aut rapta consenserit, potestati patris excusata reddatur et raptor a patre superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius.* S. o. S. 251 fg.

<sup>3</sup> Act. 25. 12.

<sup>4</sup> S. o. S. 245.

<sup>5</sup> S. a. a. O.

<sup>6</sup> S. a. a. O.

<sup>7</sup> S. a. a. O.